velis ad aliena opa arguenda inue-
hitur vt gubernantē omnia deū au
fit nōnūq̄ arguere.ac ꝓtra suauiter
vniuersa moderātē blasphemo ore
garrire ꝙ nō ad suū libituz arentia
fecerit arua virere.nec fecundandis
glebis raras hymbriū guttas e nu-
bilo celo defuderit. Nō igitur vere-
bor sub tali duce contra silleos ca-
nes bellū inire sp̄ sine rōne latrātes.
Sz dicat q̄sq̄z qd̄ velit.agat qd̄ libz
arguat laceret reprehendat.7 rē ali-
ter atq̄z aliter faciendam, ordinan-
dā q̄z fuisse dicaci ore suggillet.ego
xp̄o magis q̄ hominib⁹ placere cō-
tendēs.ꝓtēptis fauorib⁹ tam cito fu-
gacibus ad laudem dei animarū q̄z
pfect⁹ hoc ordine op⁹ incipiam.

Explicit prologus.

Incipit speculū exemplorū ex di-
uersis libris in vnuz laboriose colle-
ctum.et ꝑmo ex dialogo Gregorij
pape.

Exemplum ꝑmum.

Enantij q̄ndā
patricij in sam-
nij partib⁹ vil-
la fuit in qua
colon⁹ eius fi-
lium Bono-
ratum nomine
habuit qui ab
ānis puerilib⁹ ad amorē celestis pa-
trie per abstinentiaz exarsit. Cū q̄z
tam magna conuersatione polleret
sese q̄z iaz ab ocioso quoqz sermone
restringeret multū q̄z vt prefat⁹ suz
per abstinentiā carnē domaret die
quadā parentes ei⁹ vicinis suis ꝓui-
uium fecerunt in q̄ ad vescendū car-
nes parate sunt. Quas dum ille ad
esum contingere ꝑ amore abstinen-
tie recusaret ceperūt eum parentes
ei⁹ irridere ac dicere.comede.nūq̄d
tibi in his montibus piscez allaturi
sum⁹? Illo vero ī loco audiri piscis
ꝓsueuerat non videri. Sed cuz his
sermonibus honoratus irridēt re-
pente in cōuiuio aqua defuit ad mi
nistēiū.situla lignea sicuti mos illic
erat mancipium ad fontem prexit.
Dū q̄z hauriret aquā piscis situlam
intrauit.reuersū q̄z mancipiuz ante
ora discūbentiū piscem cū aq̄ fudit
qui ad totius diei victum potuisset
Honorato sufficere .mirati sūt om-
nes.tota q̄z illa parentuz irrisio ces-
sauit. Cepere nāq̄z in Honorato ve-
nerari abstinentiā quā ante deride-
bant. Sic q̄z a dei homine irrisiōis
detersit oppprobria piscis de monte
Qui cū magnis virtutibus crescēt
a predicto dño suo libertate dona-
tus est.atq̄z in loco qui fundis dicit
monasteriū construxit in q̄ ducēto-
rum fere monachorum pat̄ extitit.
Ibi q̄z vita illi⁹ circūquaq̄z exēpla
dedit eximie ꝓuersatiōis. Naz q̄dā
die ex eo monte q̄ ei⁹ monasterio ī
excelso prominet ingentis saxi mo-
les erupta est qui per diuersū latus
montis veniens totius ruinā celle
omniū q̄z fratrū interitum minabat̄
Quā cum venientez desup vir sāct⁹
vidisz.frequēti voce xp̄i nomē ino-
cans extensa mox dextera signuz ei
crucis opposuit.eaz q̄z in ipo diuersi

Ex dyalo. gre.

montis latere cadentē fixit. sicut religiosus vir Laurentius phibet. Et quia locꝰ non fuerat q̄ inherere potuisſz aspicitur ita vt nūcusqꝫ cernentibus montē casura pendere videatur .ij.

Vir reverendissimus libertinꝰ q̄ regis totile tpe fundēsis monasterij p̄positus fuit in discipulatu honorati puersatꝰ atqꝫ eruditꝰ est. De quo q̄uis virtutes mltas plurimorū narratio certa vulgauerit tū laurentius religiosus vir qui nūc supest 7 ei in ipo tpe familiarissimꝰ fuit multa mihi dicere de illo cōsueuit. ex quibꝰ ea q̄ recolo pauca narrabo In eadē puincia sānij quā supra memorauī isdem vir p vtilitate monasterij carpebat iter. Cum qꝫ darida gothoꝝ dux cū exercitu in loco eodem veniret dei seruꝰ ex caballo in quo sedebat ab hominibꝰ eiusdem piectꝰ est. Qui iumenti pditi dānū libenter ferens etiā flagellū qd̄ tenebat diripiētibꝰ obtulit dicens. Tollite vt habeatis q̄liter hoc iumētuz minare possitis. quibꝰ dictis ptinꝰ in oronem se dedit. Cursu aūt rapido p̄dicti ducis exercitꝰ puenit ad fluuiū noīe vulturnum. ibiqꝫ eqs suos ceperūt singuli hastis tundere. verberibꝰ cedere. calcaribꝰqꝫ cruentare. Sz tū equi verberibꝰ cesi calcaribus cruentati fatigari potuerunt moueri non potuerūt. Sic qꝫ aqm fluminis tangere q̄si mortale p̄cipiciū ptimescebant. Cūqꝫ diu cedēdo sessores singuli fatigarent vnꝰ eorū intulit. Quia ex culpa quā seruo dei in via fecerāt illa sui itineris dispēdia tolerabant. qui statiz reuersi pꝰ se libertinū reppererūt in oratione prostratum. cui cū dicerent. Surge tolle caballū tuū. ille rndit ite cum bono ego opꝰ caballo non habeo. Descendētes vero inuitū eū ī caballum de quo deposuerūt leuauerunt 7 ptinꝰ abcesserūt. Quorū eq̄ tanto cursu illū quē prꝰ transire nō potuerāt fluuiū trāsierūt acsi fluuius ille aquā minime habuisſz. Sicqꝫ factū est vt dū seruo dei vnꝰ suꝰ caballus redditur omnes a singulis recipentē

De monasterio āt p̄fati .iij.

dei serui libertini rumor exterat q̄ multas pecunias haberet. Ingressi oratoriū franci q̄ campanie partes intrauerāt ceperunt seuientes libertinū querē libertinuz clamare. Ubi ille in oronе prostratꝰ iacebat mira valde res querētes seuientes qꝫ frāci in oratoriū ingrediētes impingebant 7 ipm videre non poterant. sic qꝫ sua cecitate frustrati a mōasterio vacui sunt reversi. .iiij.

Alio qꝫ tpe abbatis iussu qui abbas honorato eiꝰ mgro successerat Libertinus rauēnam pgebat. Pro amore aūt eiusdem venerabilis honorati q̄cūqꝫ Libertinꝰ ibat eiꝰ sēp calīgulaz in sinu portare psueuerat. Itaqꝫ dū pgeret accidit vt quedaz mulier extincti filij corpusculū ferretur. Que dū seruum dei esſz intuita amore filij succensa iumentuz eiꝰ freno tenuit atqꝫ cuz iuramento dixit. Nullatenꝰ recedam nisi filiū meuz suscitaueris. At ille inusitatuz hūs tale miraculū expauit petitiōis eiꝰ iuramentū declinare voluit mulierē. sz nequaq̄ p̄ualens hesit aīo. Cōsiderare libz q̄le q̄tūqꝫ ī eiꝰ pectore certamen fuerit. Ibi itaqꝫ ītер se pugnabāt humilitas puersationis 7 pi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

etas matris. timor ne inusitata psu-
meret. dolor ne orbate mulieri non
subueniret. Sz ad maiorē dei glori-
am vicit pietas illud pect' virtutis
qd ideo fuit validū. quia deuictum
Virtutis eīm pectus non essz si hoc
pietas nō vicissz. Itaqz descēdit ge-
nu flexit ad celū tetendit man' cali-
gulā de sinu ptulit sup extincti pue-
ri pectus imposuit. quo orante aīa
pueri ad corpus redijt. quem manu
pprehendit ⁊ flenti matri viuentem
reddidit atqz iter qd ceperat pegit

Quadā die is q̄ p' vene- .v.
rabilis Honorati monasterij regi-
men tenebat ptra eūdē venerabilez
Libertinū in graui iracūdia exarsit
ita vt eum manibus cederet. Et q
virgam qua eū ferire possz nō inue-
nit pprehēso scabello speditaneo
ei caput ⁊ faciem tutudit totum qz
illi' vultū tumentē ⁊ liuidum redd-
dit. Qui vehemēt cesus ad stratū
prium tacitus recessit. Die vero al-
tera erat pro vtilitate monasterij ⁊
cā constituta exiturus. Expletis er-
go hymnis matutinalib' Libertin'
ad lectū abbatis venit orōnem sibi
humiliter petijt. Scies vero ille q̄n-
tum a cūctis veneraretur q̄ntum qz
diligeret p iniuria quā ei īgesserat.
putabat euz ex monasterio velle re-
cedere atqz requiuit dicēs. Quo vis
ire? Cui ille rndit. Monasterij cā cō-
stituta ē pater quā declinare neqo.
quia hesterna die ire hodie iterum
pmisi ⁊ illuc ire disposui. Tunc ille
a fūdo cordis psiderans aspitatez ⁊
duriciā suā humilitatē ac māsuetu-
dinē Libertini ex lecto prosiliuit. pe-
des libertini tenuit. se peccasse se re-
um eē testat' est q̄ tanto taliqz viro
tā crudelē facere ptumeliā psūpsissz
At libertin' sese in terrā psternens
eius qz pedib' puolutus sue culpe
nō illius seuitie fuisse referebat qd
ptulerat. Sicqz actum est vt ad ma-
gnam māsuetudinē pduceretur pac
⁊ humilitas discipuli magistra fie-
ret magistri. Cunqz p vtilitate mo-
nasterij ad cōstitutionē cause egres-
sus fuissz multi viri ac noti nobiles
q̄ eū valde sp honorabāt vehemenē
āmirati solicite ab eo inquirebant
quidnam hoc essz q' tam tumentez
ac liuidā faciez haberet. Quib' ille
dicebat Hesterno die sero peccatis
meis facientib' in scabello suppedi-
taneo impegi atqz hoc ptuli. Sicqz
vir sanct' seruās in pectore honorez
veritatis ⁊ nec magri nec pris pde-
bat vitiū. nec falsitatis incurrebat
pcēm. .vi.

In eodē mōasterio q̄dam magne
vite monachus erat ortulan'. Fur
vero venire psueuerat p sepem ascē-
dere ⁊ occulte olera auferre. Cū ve-
ro ille multa plantaret ⁊ sp minus
inueniret. ⁊ alia pedib' conculcata
alia direpta conspiceret. totuz ortū
circuiens inuenit iter vñ fur venire
psueuerat. Qui in eūdē ortuz deam-
bulans repperit etiā serpentē. cui p-
cipiēs dixit. Sequere me. Sic qz vs-
qz ad aditū furis pueniens impera-
uit serpenti dicens. In noīe Jesu p-
cipio tibi vt aditū istum custodias
ac furē huc ingredi non permittas
Protinus serpens totū se in itinere
in transuersum tetendit ⁊ ad cellam
monachus redijt. Cūqz meridiano
tpe cuncti fratres q̄escerent more so-
lito fur aduenit ascendit sepem ⁊ dū
in ortū pedem poneret vidit subito
quia tensus serpens clausit viā ⁊ tre-
mefact' post semetipm cōcidit eius

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̃ pes per calciamentum in sude se-
pis inhesit. sic q̃ vsq̃ dū ortulanus
rediret deorsū capite pependit. Cō-
sueta hora venit ortulan⁹ ⁊ penden-
tem in sepe furem reperit. Serpen-
ti aūt dixit. gratias ago deo imple-
sti qd̄ iussi recede mō. Qui ilico ab-
cessit. Ad furem vero veniens ait.
Quid ē frater? Tradidit te mihi de-
us. quare in laborе monachoꝝ fur-
tum totiens facere presūpsisti? Qui
hec dicens pedem illius a sepe qua
inhesserat soluit. eū q̃ sine lesione de-
posuit. Cui dixit. sequere me. quem
sequentem duxit ad orti aditum. ⁊
olera que furto appetebat auferre
ei cum magna dulcedine prebuit di-
cens. Vade et post hec furtum non
facias. sed cū necesse habes huc ad
me ingredere. ⁊ que tu cum peccato
laborasti tollere ego tibi devotus
dabo .vij.

Gregorius Fortunati viri vene-
rabilis abbatis monasterij qd̄ ap-
pellabatur balneum cyceronis alio-
rū q̃ etiam virorū venerabiliū didi-
ci tribulatione que narro. Vir scissi-
mus equitius nomine in valerie p-
uincie partibus pro vite sue merito
apud omnes illic magne āmiratio-
nis habebatur. Qui nimirū equici-
us p sue magnitudine sanctitatis
multorum eadē puincia monasteri-
orum pater extitit. Hunc cum tem-
pore iuventutis sue acri certamine
carnis incentiua fatigarent ipse se
sue temptationis angustie ad orati-
onis studium solicitiorē fecerūt cū
hac in re ab omnipotēti deo reme-
diuꝝ ꝓtinuis precibus q̃reret nocte
quadam assistente angelo eunuchi
sari se vidit eius q̃ visioni apparuit
q̃ omnē motuꝝ ex genitalibus eius
membris abcideret. atq̃ ex eo tpe
ita alienus extitit a tentatione acsi
sexum non haberet in corpore. qua
virtute fretus ex dei omnipotentis
auxilio vt viris ante p̄erat ita cepit
postmoduꝝ feminis preesse. Nec tā
discipulos suos āmonere cessabat
ne se exemplo eius in hac re facile
crederent ⁊ casuri tentarent donuꝝ
qd̄ non accepissent. .viij.

Quadaꝝ vero die vna dei famu-
la ex eodem monasterio virginum
ortū ingressa est. que lactucam con-
spiciens concupiuit. eā q̃ signo cru-
cis benedicere oblita auide momor-
dit. sed arrepta a diabolo protinꝰ
cecidit. Cūq̃ diu vexaretur eidē pa-
tri equicio sub celeritate nūciatuꝝ ē
vt veniret concitus et orando suc-
currēt. Nox q̃ vt ortū idē pr̄ ingress⁹
est cepit ex ore eius quasi satisfaci-
ens ipe qui hanc arripuerat dya-
bolus clamare dicēs. Ego qd̄ feci?
ego quid feci? Sedebaꝝ mihi hic su-
per lactucam venit illaꝝ momordit
me. Cui cum graui indignatiōe vir
dei precepit dicens vt abcederet ⁊
locum in omnipotentis dei famula
non haberet. qui protinus abcessit
nec eā vltra ꝓtingere p̄ualuit. .ix.

Quidam vero felix nomine mir-
tine prouintie nobilis cum eundem
venerabilem virum Equitiuꝝ sacꝝ
ordinē nō hr̄e ꝓspicētꝝ p singula lo-
ca discurrere atq̃ studiose p̄dicare
eū quadam die familiaritatis ausu
adūt dicens. qui sacrum ordinem nō
habes atq̃ a romano pontifice ꝗ
quo degis p̄dicationis licentiā nō
accepisti qūo predicare presumis?
Qua eius inquisitione compulsus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vir sactus indicauit pdicationis licentiam qliter accepit dicens. Ea q mihi loqueris ego qz mecū ipe pertracto. Iz nocte qdaz speciosus mihi p visionē iuuenis astitit atqz in linguam meam medicinale ferramētū .i. fleubotomū posuit dicens. Ecce posui verba mea in ore tuo egredē ad predicandum atqz ex illo die etiam cum voluero de deo non possū tacere. .x.

Tantus quippe illum ad colligēdas animas deo fervor accenderat vt sic monasterijs preesz quatenus p ecclesias. per castra. per vicos singulorum qz fidelium domus circūquaqz discurreret ⁊ corda audientium ad amorem patrie celestis excitaret. erat vero valde vilis in vestibus atqz ita despectus vt si quis illum fortasse nesciret. salutatus eum resalutare despiceret. Et quotiens ad alia tendebat loca iumentū sedere consueuerat. qd despicabili' omnibus iumentis in cella potuisz reperiri. In quo etiam capistro pro freno ⁊ verucum pellibus pro sella vtebatur. Per semetipsum sacros codices in pelliceis sacculis missos dextero leuo qz latere portare consueuerat. ⁊ quocunqz peruenisz scripturarum fontem accipiebat ⁊ rigabat prata mentium. Huius quoqz predicatiōis opinio ad romane vrbis notitiam peuenit atqz vt est lingua adulantium auditoris sui animū amplectendo necans eo tēpore clerici huius apostolice sedis antistiti adulando questi sunt dicentes. Quis est iste rusticus vir qui auctoritatem predicationis sibi arripuit et officiuz apostolici domini nostri sibimet vsurpare indoctus presumit. Mirratur igitur si placz qui huc eū exhibeat vt quis sit ecclesiasticus vigor agnoscat. Sicut autem moris est vt occupato ī multis animo adulatio valde surripiat si ab ipo cordis ostio nequaqz citi' fuerit repulsa. suadentibus clericis consensū pōtifex prebuit vt ad romanam vrbez deduci debuisz. ⁊ quenam sua esset mensura cognosceret. Julianum vero tunc defensorem mittens qui sabinensi ecclesie postmodum in epatu prefuit hoc precepit vt cum magno honore eum perduceret ita vt nihil dei famul' ex conuentione eadem iniurie sentiret. Qui parere deeo clericorum votis concitus volēs festine ad eius monasterium cucurrit ibi qz absente illo antiquarios scribentes reperit ⁊ vbi abbas esz inquisiuit. Qui dixerunt. In valle hac que monasterio subiacet fenuz secat. Idem vero iulianus superbuz valde atqz contumacem puerum habuit cui vix poterat vel ipe dñari. Nunc ergo misit vt eum ad se sb celeritate perduceret. Perrexit puer ⁊ proteruo spiritu pratum velociter ingressus omnes qz illic intuens fenum secantes requisiuit quisnam esz equitius. Mox qz vt audiuit qs esset eum adhuc longe positus aspexit ⁊ īmenso timore correptus est. cepit qz tremore lassescere se qz ipsuz nutanti gressu vix posse portare. q tremens ad dei hominem peruenit atqz vlnis suis eius genua deosculans humiliter strinxit. suum qz dominum ei occurrisse nunciauit. cui resalutato dei famulus precepit dicēs. Leua fenū viride porta pabulū

iumentis in quibus venistis. Ecce ego quia parum superest opere cõpleto te subsequor. Is autem qui missus fuerat iulianus defensor mirabatur valde quidnam esset q̃ redire morarentur puer. Tum ecce reuertentem puerum conspicit atq̃ ĩ collo eius fenum ex prato ferentem. q̃ vehementer iratus cepit clamare dicens. Quid est hoc. ego te misi hominem deducere ⁊ non fenum portare? Cui respondit puer. Quẽ queris ecce subsequitur. Tum ecce dei famulus clauatis caligis calciatus falcem fenariam in collo deferens veniebat. Quem adhuc longe positum puer domino suo quia ipse esset quem quereret nunciauit. Iste vero iulianus repente vt vidit dei famulum ex ipo habitu despexit eum q̃ qualiter deberet alloqui proterua mẽte preparabat. Mox vero vt seruus dei cominus affuit eiusdem iuliani animũ intolerabilis pauor inuasit ita vt tremeret atq̃ ad insinuandus hocipm propter quod venerat vix sufficere lingua potuisset. Qui humiliato mox spiritu ad eiꝰ genua cucurrit orationẽ petijt ꝓ se fieri. Et quia pater eius apostolicꝰ pontifex eum videre vellet indicauit. Vir autem venerandus equitiꝰ cepit immensas gratias agere omnipotenti deo asserens q̃ se per sũmũ pontificem gratia superna visitasset. Ilico vocauit fratres precepit hora eadem iumenta preparari atq̃ executorem suũ cepit vehemẽtissime vrgere vt statim exire debuissent. Cui iulianꝰ ait. Hoc fieri nullatenus potest. quia lassatꝰ ex itinẽ hodie non valeo exire. Tunc ille respondit. Contristas me fili. quia si hodierno die non egredimur in crastino die non exibimus. Dei itaq̃ famulus executoris sui lassitudine coactus in monasterio suo eadem nocte demoratus est. Tũ ecce sequẽti die sub ipo lucis crepusculo vehementer equo ĩ cursu fatigato ad iulianum cum epistola puer peruenit in qua ei preceptum est ne seruum dei ꝓtingere aut mouere de monasterio auderet. Quem cum ille requireret cur sentẽtia esset mutata ꝓgnouit quia in nocte eadem qua ipse illuc executor missus est per visũ põtifex fuit vehementer perterritꝰ cur ad exhibendum hominez dei mittẽ presũpsisset. Qui protinus surrexit. se q̃ venerandi viri orationibus cõmendans ait. Rogat pater noster ne fatigari debeatis. Tũq̃ hoc dei famulus audisset contristatus ait. Nunquid non die hesterno dixi q̃ si non statim pergeremus iam pgẽ minime liceret. Tũc pro charitatis exhibitione aliquantulum executorem suum in cella retinuit eiq̃ laboris sui ꝓmodum coacto renitenti q̃ dedit. Cognosce ergo petre in q̃nta sunt dei custodia qui in hac vita seipos despicere nouerũt. cũ quibꝰ intus ciuibꝰ in honore numerantur qui despecti foris hominibꝰ eẽ nõ erubescũt. quia ecõtra in dei oculis iacent qui apud suos et proximorũ oculos per inanis glorie appetitum tument. vnde et quibusdaz veritas ait. Vos estis qui iustificastis vos ipos coram hominibus deus autẽ nouit corda vestra. quia quod hominibus altum est abominabile ẽ apud deum ꝛc

Corpus huius sancti viri dū in beati laurentij martyris oratorio esset humatum super sepulcrum eius rusticus quidam archam cuz frumento posuit nec quātus qualis q̃ vir illic iaceret perpendere aut venerari curabat. Cum repente turbo celitus factus rebus illic omnibus in stabilitate sua manentibus archaz que superposita sepulcro ei⁹ fuerat ertulit lōge q̃ proiecit vt palā cuncti cognoscerent quanti esset meritis cuius illic corpus iaceret. Eādem valerie prouinciam longobardis intrātibus ex monasterio reuerendissimi viri equitij in predictum oratorium ad sepulcruz eius monachi fugerunt. Cunq̃ longobardi sequentes oratorium intrassent ceperunt eosdem monachos foras trahere vt eos aut per tormenta discuterent aut gladijs necarent. Quorū vnus ingemuit atq̃ acri dolore cōmotus clamauit. Deu sancte equici placet tibi vt trahamur foras et non nos defendas? Ad cuius vocē protinus sequentes longobardos īmundus spiritus īuasit. Qui corruentes in terram tam diu vexati sunt quousq̃ hoc cuncti etiam qui foris erant longobardi cognoscerent q̃tenus locum sanctuz temerare vlterius non auderent. Sic q̃ vir sāct⁹ cum discipulos defendit etiam multis postmodum remedium illuc fugientibus prestitit. .xij.

Juxta anchonicanā nāq̃ ciuitatem ecca beati martyris Stephani sita est in qua vir venerabilis cōstanti⁹ nomine mansionarij funct⁹ officio deseruiebat. cui⁹ sanctitatis opinio sese ad notitiā hominū lōge lateq̃ tetenderat. quia isdem vir fūditus terrena despiciens toto ānisu mentis ad sola celestia flagrabat. Quadam vero die dum in eadez ecclesia deessz oleum 7 predictus dei famulus vnde lampades accendēt omnino nō haberet omnes lampades ecclesie implenit aqua atq̃ ex more in medio papizum posuit q̃s allato igne succendit. sic q̃ aqua ex arsit in lampadibus acsi oleum fuisset. Et quia valde sanctitatis ei⁹ opinio excreuerat multi hunc ex diuersis prouincijs anxie videre sitiebāt Quadam vero die ex longinquo loco quidam rusticus venit ad videndum eum. Eadem vero hora casu contigerat vt sanctus vir constāti⁹ stans in ligneis gradib⁹ reficiendis lampadibus deseruiret. Erat autez pusillus valde 7 exili forma atq̃ despecta. Cunq̃ is qui venerat ad videndum eum quisnam essz inquireret atq̃ obnixe peteret vt sibi debuisset ostendi. hi qui illum nouerant monstrauerunt quis esset Sed sicut stulte mentis homines meritum ex qualitate corporis metiuntur eum paruulū atz despectū videns ipsum hūc omnino nō esse cepit credē. In mente eīm rustica inter hoc qd audierat 7 viderat quasi facta fuerat quedā rixa 7 estimabat tam breuez per visionem esse non posse quem tam ingentem audierat per opinionem Qui ipsum esse dum a plurib⁹ fuisset astructus desperit et deriſit dicens. Ego vero grandem hominem credidi. iste autem de homine nihil habet Quod vt vir dei Constantius audiuit lampades quas reficiebat ptinus letus relinquens

concitus descendit atq; in eiusdem rustici amplexum ruit. eum q; ex amore nimio constringere cepit brachijs et osculari. magnas q; gratias agere q; de se talia iudicasset. dicens. Et tu solus es qui habuisti oculos apertos ī me. Ex qua re pensandum est cuius apud se humilitatis fuit qui despicientem se rusticuz amplius amauit. Qualis eniz q̃sq; apud se lateat cōtumelia illata probat. Nam sicut superbi honoribus ita plerunq; humiles in sua despectione gratulantur. Cūq; se ⁊ in alicuis oculis viles aspiciunt. idcirco gaudent quia hoc iudicium confirmari intelligunt quod de se ipīs et apd semetipōs habuerūt. .xiij.

Venerandus vir Anastasius sancte romane ecclesie cui deo auctore deseruio notarius fuit. Qui soli dō vacare desiderans strinuiz deseruit monasterium elegit atq; in loco iuxta nepessinam ciuitatem qui subpentonia vocatur per annos multos in sanctis actibus vitam duxit. ei q; monasterio solerti custodia p̄fuit. Quo videlicet in loco ingens desuper rupes eminet ⁊ profunduz subter precipitium patet. Quadam vero nocte cum iaz omnipotens deus eiusdez venerabilis viri Anastasij labores remunerare dcreuisz ab alta rupe vox facta est que producto sonitu clamaret dicens. Anastasi veni. Quo vocato alij q̃q; septem fratres ex nomine suo sunt vocati. parno autem momento ea que fuerat emissa vox siluit ⁊ octauum fratrem vocauit. Quas duz aperte voces congregatio audisset dubium non fuit. quia eorum qui vocati fuerant obitus propinquasset. Intra paucos ergo dies primus venerandus vir Anastasius eductus est. ceteri autem eodem ordine extra carnem educti sunt. quo de rupis vertice fuerant vocati. Frater vero ille ad quem vocandum vox parum siluit atq; eum ita nominauit morientibus alijs paucis diebus vixit. et tunc vitaz finiuit vt aperte monstraretur quia interiectum vocis silentium paruū spacium viuendi designauerat. Sed mira res contigit. quia dum venerabilis vir Anastasius de corpore exiret erat quidam frater in monasterio qui super eum viuere nolebat. Hic prouolutus eiꝰ pedibus cepit ab eo cuz lachrymis postulare dicens. Peto te per illuz ad quem tu vadis ne septem dies super te in hoc mundo faciam. Ante cuius septimum diem etiam ipse defūctus est qui tamen in illa nocte inter ceteros non fuerat vocatus vt aperte clarescceret. quia eius obitum sola venerabilis Anastasij intercessio potuisz obtinere. .xiiij.

Constātiꝰ p̄sbr nepos bonifacij in ciuitate que ferencis dicitur epī precipue sanctitatis viri equum suum duodecim aureis vēdidit quos in propriam ponens archā ad exercendum aliud opus discessit. Tum subito ad episcopum pauperes venerunt qui importune precabantur vt eis sanctꝰ vir bonifaciꝰ episcopꝰ ad p̄solationem sue inopie aliquid largiri debuisset. Sed vir dei quia quod tribueret non habebat estuare cepit in cogitatiōe ne ab eo pauperes vacui exirent. Cui repēte ad memoriā redijt quia Cōstātiꝰ pres-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

byter nepos eius equū quez sedere
psueuerat vendidisset atqz hocīpm
pciū in archa sua haberet. Absente
ergo eodem nepote suo accessit ad
archā ⁊ pie violent⁹ claustra arche
pminuit duodeciz aureos tulit eos
qz idigētib⁹ vt placuit diuisit Itaqz
pstanti⁹ pbr reuersus ex ope archā
fractā repperit ⁊ caballi sui precium
qd illic posuerat non inuenit. Ce-
pit magna voce perstrepe ⁊ cum fu
rore nimio clamare. Omnes hic vi-
uūt. solus ego in hac domo viuere
non possū. Ad cuius nimirū voces
venit epus omnes qz qui in eodem
epio aderēt. Cūqz eū vir dei locuti-
one blanda tpare voluissz cepit ille
cū iurgio rndere dicens. Omnes te-
cū viuūt. ego sol⁹ hic añ te viuē non
possum. redde mihi solidos meos.
Quib⁹ vocib⁹ pmot⁹ eps beate ma
rie virginis eccīam ingress⁹ est ⁊ ele-
uatis manib⁹ extenso vestimēto stā-
do cepit orare dnm vt ei reddēt vñ
pbri furentis mitigare insaniaz po-
tuissz. Cūqz subito ad vestimentuz
suū oculos inter extensa brachia re-
duxissz. repēte in sinu suo duodeciz
aureos inuenit. Qui mox de eccīa
egressus eos in sinuz furentis pbri
piecit dicens. Ecce habes solidos
tuos quos quesisti. sz hoc tibi notū
sit quia post mortez meā tu huic ec-
clesie epus non eris pter auaritiaz
tuā. Ex qua sñie veritate colligitur
quia eosdem solidos pbr p adipis-
cendo epatu preparabat. sz viri dei
sermo preualuit. Nā isdem constan-
tius in presbyteratus officio vitam
finiuit. .xv.

Prefatus bonifaci⁹ epus eo tpe
quo cū matre sua puer habitabat
egressus hospitium nonnūqz sine li-
nea crebro etiam sine lanea tunica
reuertebatur. quia mox vt nudum
quēpiam repperisset vestiebat hunc
se expoliās vt se ante dei oculos ob-
tentu mercedis vestiret. Quem mat
sua increpare frequenter consueue-
rat dicens q iustū non esset vt ipe
inops paupibus vestimēta largire-
tur. Que quadam die horreum in-
gressa pene omne triticum quod si-
bi in stipendium totius anni para-
uerat inuenit a filio suo pauperib⁹
expensū. Cunqz semetipam alaphis
pugnis qz tunderet q quasi anni sb-
sidia perdidisset superuenit bonifa-
cius puer dei eaz qz quibus verbis
consolari valuit. cepit. Que cum ni-
hil consolationis admitteret hanc
rogauit vt ab horreo exire debuis-
set in quo ex omni eorū tritico par-
uum quid inuentum est remansisse.
Puer autem dei sese illic protinus
in orationem dedit. Qui post pau-
lulum egressus ad horreum mstrez
reduxit qd iā tritico plenū inētū ē
sicut plenū añ nō fuerat cū mat illi⁹
toti⁹ āni sumpt⁹ se pgregasse gaude-
bat. Quo viso miraculo ppūcta mr
ipa iā cepit vrgere vt daret q sic ce-
lerie possz q petijssz accipe. Nec ita-
qz in hospitij sui vestibulo gallinas
nutrire consueuerat. sed eas ex vici-
no rure vulpes veniens auferebat.
Quadam vero die dum in eodem
vestibulo puer Bonifacius staret
vulpes ex more venit et gallinam
abstulit. Ipe autē pcitus ecclesiam
intrauit ⁊ se in orationem psternēs
aptis vocibus dixit. Placz tibi do-
mine vt de nutrimento matris mee
māducare non possim. ecce eñ gal-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

linas quas nutrit vulpes comedit
Qui ab oſtione ſurgens eccĕiaz egreſ
ſus eſt. mox aūt vulpes rediens gal
linā quā in ore tenebat dimiſit atqz
ipa moriens ante eius oculos ī ter
ram cecidit. .xvi.

Matrona quedā nobilis in vici
nis tuſcie partibus habebat nuruz
que intra breue tēp' q̄ filium ei' ac
cepat cū eadē ſocru ſua ad dedica
tionez oratorij beati ſebaſtiani mar
tyris fuerat invitata. Nocte vero
eadē qua ſequēti die ad dedicatio
nem p̄dicti oratorij fuerat pceſſura
voluptate carnis victa a viro ſuo
ſeſe abſtinē nō potuit. Cūqz mane
facto pſcientiā deterreret ppetrata
carnis delectatio pceſſionem vero
imperaret verecūdia. pl' erubeſcēs
vultum hominum q̄ dei iudicium
metuens cū ſocru ſua ad dedicāduz
oratoriū pceſſit. Mox vero vt reli
q̄e beati ſebaſtiani martyris orato
rium ſunt ingreſſe eandem predicte
matrone nurū ſpūs malign' invaſit
7 coramomni ppl'o vexare cepit. Ei'
dem vero oratorij p̄ſbr dum hanc
vehementiſſime vexari conſpiceret.
ex altari protin' ſyndonem tulit eā
qz cooperuit. Dz hunc repente dia
bolus invaſit. Et quia vltra vires
voluit quicq̄ p̄ſumere compulſus
eſt in ſua vexatione cognoſcere q̄d
eſſz. Hi ergo qui aderant puellam
in manibus ex oratorio ſublatā ad
domū ppriam deportauerunt Cum
qz hanc antiquus hoſtis vexatiōe
continua vehementer attereret pro
pinqui ſui eam carnaliter amantes
atqz amando perſequentes ad ob
tinendum ſalutis remedium malefi
cis tradiderunt vt eius aiam fūdit'
extinguerent cui' carni magicis ar
tibus ad temp' prodeſſe conarentur.
Ducta itaqz eſt ad fluuiū atqz in aq̄
merſa. ibiqz diutius incantationib'
agere malefici moliebantur vt is q̄
eam invaſerat exiret. Dz miro om
nipotentis dei iudicio dum puerſa
arte vnus ab ea repellitur in eā ſub
ito legio ītrauit. Cepit qz ex illa ho
ra tot noctibus agitari. tot vocib'
clamoribus qz perſonare q̄t ſpiriti
bus tenebatur Tunc īnito p̄ſilio pa
rentes eius ſue perfidie culpam fa
tentes hanc ad virum venerabilem
fortunatum ep̄m duxerunt eiqz reli
querunt. qua ille accepta multis ſe
dieb' ac noctibus in orationibus
dedit. tātoqz anniſu precibus incu
buit quanto 7 in vno corpore con
tra ſe aſſiſtere legionis acie invenit
Tum non poſt multos dies ita ſa
nam atqz incolumem reddidit acſi
in eam proprium ius dyabolus nū
q̄ habuiſſet .xvij.

Alio quoqz tempore iſdem vir
omnipotentis dei famulus ex obſeſ
ſo quodam homine immunduz ſpi
ritum excuſſit. Qui malignus ſpi
ritus cum veſperaſcente iam die ſe
cretam ab hominibus horam cer
neret peregrinum quempiam ſe eſ
ſe ſimulans circuire cepit ciuitatis
plateas et clamare. O virum ſan
ctum Fortunatum epiſcopum. ecce
quid fecit peregrinum hominem d
hoſpitio ſuo expulit. quero vbi re
quieſcere debeam et in ciuitate eius
non inuenio. Tunc quidam in ho
ſpitio cum vxore ſua et paruulo
filio ad prunas ſedebat q̄ vocez ei'
audiēs 7 quid ep̄s ei fecerit req̄rēs
hūc invitauit hoſpitio 7 ſedere ſecū

iuxta prunas fecit. Cūq; vicissiz aliqua ꝓfabularētur paruulū ei⁹ filiū isdem malignus spūs inuasit atq; ī easdem prunas proiecit. ibi q; mox ei⁹ animam excussit. Qui orbat⁹ miser vel quē ipe suscepit. vel quē eps expulissz agnouit. ¶ Petrus. Quid nā hoc esse dicimus vt occidēdi ausum in hospicio eius antiquus hostis acciperet qui hunc peregrinum estimās ad se hospitalitatis gratia vocassz ¶ Gregori⁹. Multa petre vident bona sed non sūt. qm̄ bono animo non fiunt. Unde in euāgelio veritas dicit. Si ocul⁹ tu⁹ nequam fuerit totū corp⁹ tuū tenebrosū erit quia cū puersa est intentio q̄ p̄cedit prauū est omne op⁹ qd̄ sequit q̄uis rectū esse videatur. Ego nāq; hunc virū q̄ dū quasi hospitalitatez exhiberet orbat⁹ est non pietatis opere delectatum estimo sed eps derogatione. Nā pena subsequēs inotuit. q; precedens illa susceptio sine culpa non fuit. Sunt nanq; nonnulli qui idcirco bona facere student vt gratiam aliene opatiōis obnubilēt. nec pascūtur bono qd̄ faciūt sed laude boni q̄ ceteros premūt. Qua de re existimo hunc virū qui malignum spūm in hospitalitate suscepit ostētationi potius intendisse q̄ opi vt meliora fecisse q̄ eps videretur q̄ tenus ipe susceperit euz quē vir dei fortunat⁹ expulisset

xvij.

¶ In eadez tudertina vrbe in qua fortunatus vir dei erat eps Marcellus quidam bone actionis vir cū duabus sororibus suis habitauit. q̄ eueniente molestia corporis ipo sacratissimo vesperascente iam sabbato paschali defunctus est. cui⁹ corpus cū longi⁹ essz efferendū die eodem sepelire nō potuit. Cunq; mora essz tpis ad expiendū debitum sepulture sorores eius morte illi⁹ afflicte cucurrerūt flentes ad fortunatū venerabilē. eiq; magnis vocib⁹ clamare ceperunt. Sc̄im⁹ q̄ aplorū vitam tenes. leprosos mūdas. cecos illuminas. veni ⁊ resuscita mortuum nr̄m. qui mox vt cognouit fratrē earū defunctum flere etiā cepit ipe de morte ipi⁹. eis q; rndit dicens Recedite ⁊ hoc dicere nolite quia iussio omnipotētis dei est. cui ꝓtraire nullus hominū ꝑt Illis itaq; disceden tib⁹ tristis ex morte illius māsit eps Subsequēti aūt die dominico ante exurgentis lucis crepusculum vocatis duobus diaconibus suis prexit ad domum defuncti accessit ad locum vbi iacebat corp⁹ exanime. ibi q; se in orationem dedit. Expleta autem prece surrexit ⁊ iuxta corpus defuncti sedit. Non autez grandi voce defunctum per nomen vocauit dicens. Frater marcelle veni. Ille autem acsi leuiter dormiēs ad vicinam vocem q̄uis modica fuisset excitatus statim aperuit oculos atq; ad eps̄m respiciens dixit. O qd̄ fecisti. o quid fecisti. Cui eps respōdit dicens. Quid feci fili? At ille ait Duo hesterna die venerunt qui me eijcientes ex corpore in bonū locuz duxerunt. hodie autem vnus miss⁹ est nuncius qui dixit. reducite eum quia Fortunatus episcopus in domum illius venit. Quibus verbis expletis mox ex infirmitate conualuit et in hac vita diutius mansit. Nec tamen credendum est. quia locum quem acceperat per

pdidit. quia dubiū non ē q̃ intercessoris sui p̄cib⁹ potuit post mortem meli⁹ viuere q̃ ante mortē studuit omnipotenti deo placere.

Ex scdo li. dyalo. .xix.

Vir vite venerabil' dei gratia bñdictus ⁊ noīe ab ipso puericie sue tpe cor gerens senile. etatem q̃ppe moribus transiens. nulli aīm voluptati dedit. Qz dum ī hac terra adhuc essz quo tpalib⁹ libere vti potuissz despexit iā quasi aridū mundū cū floreret. Qui liberaliori genere ex quintia mirsie ortus rome liberalib⁹ lr̄arū studijs traditus fuerat. Qz cū ex eis multos ire per abrupta vicior cerneret eū quē q̃si in ingressu mūdi posuerat retraxit pedē ne si q̃d de scientia ei⁹ attingeret ipe q̃z postmoduz in īmane p̄cipitiū tot⁹ iret. Despectis itaqz lr̄arū studijs relicta domo reb⁹q̃z patrijs soli deo placere desiderans sancte conuersationis habitū quesiuit. recessitqz scienter nesci⁹ ⁊ sapienter indoctus .xx.

Quadam die dū sol⁹ essz beat⁹ benedict⁹ temptator affuit. Nā nigra parua q̃z auis q̃ vulgo merula vocatur circa eius faciē volitare cepit eiusq̃z vultui importūe insistere ita vt manu capi possz si hanc vir sanct⁹ tenere voluisset. sed signo crucis edito recessit auis. Tāta aūt carnis temptatio aue eadez recedente secuta est q̃ntam vir sanct⁹ nūq̃ fuerat expertus. Quādam nanqz feminam aliqū viderat quam malignus spūs ante eius mentis oculos reduxit. tā toqz igne serui dei animū in speciez illius accendit vt se in eius pectore amoris flāma vix caperet ⁊ pene deserere heremū voluptate vict⁹ deliberaret. Tuz supna gratia subito respect⁹ ad semetipm reuersus est atqz vrticarum ⁊ vepriū iuxta densa succrescere frutecta conspiciens exut⁹ indumento nudum se in illis spinarum aculeis ⁊ vrticarum incendijs proiecit. ibi qz diu volutatus toto ex eis corpe vulnerat⁹ exijt. ⁊ per cutis vulnera eduxit a corpe vulnus mentis. qm̄ voluptatē traxit ī dolorē. Cū qz bñ penalit̄ arderet foras extinxit qd̄ illicite ardebat int⁹. Vicit itaqz pcēm. quia mutauit incendium .xxi.

In vno aūt ex benedicti mōasteriis q̃ circunquaqz construxerat q̃dā monachus fuit q̃ ad orōnem stare non poterat. Iz mor vt se frres ad studiū orōnis īclinassēt ipe egrediebat foras ⁊ mente vaga terrena aliq̃ ⁊ transitoria agebat. Cūqz ab abbate suo sepi⁹ fuissz āmonitus tādez ad virū dei ductus ē q̃ ipe q̃z eius stultitiā vehemēt increpauit ⁊ ad monasteriū reuersus vix duobus diebus viri dei āmonitionem tenuit. Nam tertio die ad vsuz ꝓprium reuersus vagari tempore oratiōis cepit. Quod cum seruo dei ab eodem monasterij patre quem constituerat nunciatū essz dixit. Ego veniam eī q̃z p me emendabo. Cūq̃z vir dei venisset in idem monasterium ⁊ cōstituta hora explera psalmodia sese fratres in orationem dedissent aspexit q̃ eūdem monachū qui manere in orōne nō poterat q̃dā niger puerul⁹ p vestimēti fimbriā foras trahebat. Tūc eidē pri monasterij pōpeyano noīe ⁊ mauro dei famulo secreto dixit. Nūquid nō aspicitis q̃s ē qui istum monachum foras trahit? Qui rñdētes dixerūt. Nō. Quibus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ait. Oremus vt vos etiam videatis
quē iste monach⁹ sequitur. Cūq; p
biduū esset ornatū maur⁹ monach⁹
vidit Pompei⁹ aūt eiusdē monaste-
rij pater videre non potuit. Die er
go alia expleta oratiōe vir dei ora
toriū egressus stātē foris monachū
repperit quez pro cecitate cordis sui
virga pcussit. Qui ex illo die nihil
psuasionis vlterius a nigro iam pu
erulo partulit. Sz ad oratiōis studiū
immobilis permāsit. Sicq; antiqu⁹
dominari non ausus est in eius co-
gitatione acsi ipe percussus fuisset
ex verbere xxij.

Cum iā monasteria sācti bēdicti
in amorem domini nri Jesu xpi lō
ge late q; feruescerent ⁊ secularē vi
tam multi relinquerent ⁊ sub leui re
dēptiōis iugo cervicem cordis edo
marent sicut mos pravorū est inui
dere alijs virtutis bonuz qō ipi ha
bere non appetunt. vicine ecc̄le pb̄r
Florentī⁹ nomine antiq hostis ma
licia perculsus sancti viri studijs ce
pit emulari. eiusq; puersationi dero
gare q̄sq; etiaz posset ab illi⁹ visita-
tione ppescere. Cunq; iam se cōspi
ceret eius profectibus obuiare nō
posse ⁊ cōuersationis illius opinio
nem crescere atqz multos ad statū
vite meliozis ipo q̄z opiniōis eius
preconio indeficienter vocari inui
die facibus magis. magis q; succen
sus deterior fiebat. Quia conuersa
tionis illi⁹ habere appetebat laudē.
sed habere laudabilē vitaz nolebat
Qui eiusdem inuidie tenebris ceca
tus ad hoc vsq; pduct⁹ est vt seruo
omnipotentis dei infectum veneno
panem quasi pro benedictione trās
mitteret. Quē vir dei cū gratiaruz
actione suscepit. Sz eū que pestis late
ret in pane non latuit. Ad horā ve-
ro refectōis illi⁹ ex vicina silua co-
uus venire consueuerat ⁊ panez de
manu eius accipere. Qui cuz more
solito venisset panem quez pb̄yter
transmiserat vir dei ante corū p-
iecit atq; ei pcepit dicens In nomi
ne Jesu xpi tolle hūc panem ⁊ tali
eum i loco pijce vbi a nullo homi
ne possit inueniri. tūc corvus aper-
to ore expansis alis circa eundem
cepit panē discurrere atq; crochita
re acsi apte diceret ⁊ obedire se velle
⁊ tamen iussa implere nō posse. cui
vir domini iterum atq; iterum pre-
cipiebat dicens. Leua leua securus.
atq; ibi proijce vbi inueniri nō pos
sit. Quē diu demoratus q̄nq; corv⁹
momordit propere leuauit ⁊ reces
sit. Post trium vero horarū spatiū
abiecto pane redijt ⁊ de manu ho
minis dei ānonam quam consueue
rat accepit. Venerabilis autē pater
ptra vitā suā inardescere sacerdotis
aīm videns illi magis q̄ sibi doluit.
Sz pdict⁹ Florentī⁹ quia mgri cor
pus necare nō potuit. se ad extīguē
das discipulorum aīas accendit ita
vt in orto celle cui Bēdict⁹ inerat
aū eorū oculos nudas septem puel
las mitteret q̄ coram eis sibijnuicez
man⁹ tenentes ⁊ diuti⁹ ludētes illo
ruz mentes ad puersitatē libidinis
inflāmarent. Qō vir dei de cella cō
spiciēs. lapsū q; adhuc in teneriori-
bus discipulis ptimescens. id q; p
sua soli⁹ fieri psecutione ptractans
inuidie locum dedit. atq; oratoria
cuncta que construxerat sub statu
tis prepositis adiunctis fratribus
ordinauit. ⁊ paucis secū monachis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ablatis habitationez mutauit loci
Mox q̃ vt vir dei ei⁹ odia hũiliter
declinauit hunc omnipotens deus
terribiliter pcussit Nã cũ p̃sbyter p̃
dictus stans in solario bñdictũ dis
cessisse ꝓgnosceret ⁊ exultaret pdu
rante immobiliter tota domus fa
brica hoc ip̃m in quo stabat solari
um cecidit ⁊ bñdicti hostẽ conterẽs
extinxit. Qd̃ viri dei discipul⁹ mau
rus noĩe statim venerabili patri be
nedicto q̃ adhuc a loco eodem vir
decẽ milibus aberat estimauit esse
nunciãdũ dicens. Reuertere q̃ p̃sbr
qui te pseq̃batur extinct⁹ est. qd̃ vir
dei bñdictus audiẽs sese in grauib⁹
lamẽtis dedit. vel quia dei inimic⁹
occubuit. vel quia de inimici morte
discipul⁹ exultauit. Qua de re factũ
est vt eidem quoq̃ discipulo p̃niaz
indiceret q̃ mandans talia gaudẽ
de ĩimici iteritu p̃sũpsisz .xxiij.

Eodẽ q̃z tpe aquinẽs ecĉie cleri
cus a demonio vexabatur q̃ a vene
rabili viro cõstãtino ecĉie eiusdẽ an
tistite p multa fuerat martyzum lo
ca trãsmissus vt sanari potuissz. Sz
sĉi dei martyzes noluerunt ei donũ
sanitatis tribuere vt q̃nta essz in bñ
dicto gratia demonstrarent. Duct⁹
itaq̃ est ad omnipotẽtis dei famu
lum benedictum q̃ Jhesu xp̃o dño
preces fundens antiquũ hostem de
obsesso homine ꝓtinus expulit. cui
sanato precepit dicens. vade ⁊ post
hoc carnem non comedas ad sacꝫ
verum ordinem accedere nũq̃ pre
sumas. Quacũq̃ aũt die sacruz ordi
nem temerarie presumpseris, statim
iuri dyaboli iterum mancipaberis.
Discessit ergo clericus sanus ⁊ sicut
terrere solet animũ pena recens ea
que vir dei preceperat interiz custo
diuit. Cũ vero post annos multos
omnes priozes illius de hac luce mi
grassent ⁊ minozes suos sibimet su
perponi in sacris ordinibus cernẽt
verba viri dei quasi ex lõgo tempo
re oblitus postposuit atq̃ ad sacrũ
ordinem accessit. quem mox is qui
reliquerat dyabolus tenuit. eum
q̃ vexare q̃usq̃ aĩam eius excu teret
non cessauit .xxiiij.

Non longe ab eius monasterio
due quedaz sanctimoniales femine
nobiliozi genere exorte ĩ loco ꝓrio
conuersabantur quibus quidam re
ligiosus vir ad exteriozis vite vsuz
prebebat obsequium. Sed sicut nõ
nullis solet nobilitas generis pare
re ignobilitatem mentis vt min⁹ se
in hoc mundo despiciant qui plus
se ceteris aliquod fuisse meminerũt.
nec dum predicte sanctimoniales fe
mine perfecte linguam sub habitus
sui freno restrinxerant et eundez re
ligiosum viruz qui ad exterioza ne
cessaria eis obsequiuz prebebat in
cautis sepe sermonibus ad iracun
diam prouocabant. Qui dum diu
ista toleraret perrexit ad dei homi
nem quantas q̃ pateretur verboꝫ
contumelias enarrauit. Vir autem
dei hoc de illis audiens eis proti
nus mandauit dicẽs. Corrigite lin
guam vestram quia si non emenda
ueritis excõmunico vos quamuis
excõmunicationis sententiam non
proferendo intulit sed minando. Il
le autem a pristinis moribus nihil
mutate inter paucos dies defuncte
sunt atq̃ in ecclesia sepulte. Cuz q̃
in eadem ecclesia missarum solen
nia celebrarentur atq̃ ex more dia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

conus clamaret si qs non cōicat de locū. nutrix earū q̄ p eis oblationē dño deferre psueuerat eas de sepulcris suis pgredi et exire eccīam videbat. Qd dū sepius cerneret. quia ad vocē diaconi clamantis exibāt foras atz intra eccīam pmanere nō poterāt ad memoriā redijt. q̄ vir di illis adhuc viuētib⁹ mādauit. Eas qppe se cōione puare dixēat nisi mores suos ⁊ verba corrigerent. Tunc suo di cū graui meroze īdicatū est Qui manu sua ptin⁹ oblationē dedit dicēs. Jte ⁊ hāc oblationē p eis offerri dño facite ⁊ vlteri⁹ excōicate nō erūt. q̄ dū oblatio p eis fuisz oblata ⁊ a diacono iuxta morē clamatū esz vt nō cōicantes ab eccīa exirēt ille exire ab eccīa vlteri⁹ vise nō sūt. Qua re indubitanē patuit qꝯ dū inter eos q̄ cōione puati sūt minime recederēt cōionez a dño p seruū dei recepissēt. .xxv.

Quadā qz die dū qdā ei⁹ parvulus monach⁹ parētes suos vltra q̄ debebat diligens atqz ad eoꝝ hīta culū tendēs sine bñdictōe de monasterio exisz eodē die mox vt ad eos puenit defūct⁹ ē. Cūqz esz sepultus die altero piectū foras corp⁹ inuentū est. qd rursū tradere sepulture curauerūt. sequēti aūt die iterū piectū exteri⁹ atz inhumatū sicut pus inuenerūt. Tūc pcite ad bñdicti pris vestigia currentes cū grādi fletu petierūt vt ei suā grām largiri dignarēt Quib⁹ vir dei manu sua ptin⁹ cōionez dñici corpis dedit dicens Jte atz hoc dñicū corp⁹ sup pect⁹ ei⁹ cū magna reverētia ponite eū qz sic sepulke tradite. qd cū factū fuisz suscepturn corp⁹ ei⁹ tenuit ēra nec vltra piecit. .xxvi.

